



Ex 1. p.

1 — q. 95. a. 4. docet quantitatem meriti esse vel ex quantitate bonitatis et gratiae, vel aliunde: primum essentialiter respondere primae quantitati meriti, primum vero accidentaliter respondere secundae quantitati meriti.

Alibi ex S. Thomas contrarium constat.

Hoc doctrina tempore S. Thomas erat communis consensu recepta sed postea non placuit: et revera est ad credendum et docendum difficili, nisi benigna et mitis explicetur. Alioquin enim quantitas gloriae essentialiter non crearetur ex maiori bonitate operis difficultate, nisi ex maiori bonitate obiecti. Et quia S. Thomas voluit sane S. Thomas sententiam simpliciter tueri, docuit multa, quae sunt absurda in tractatu de augmento Bonitatis.

2 — Aliam partem

q. 14. a. 13. docet S. Thomas futura contingentia sive verum, quia sunt illi in aeternitate praesentia secundum esse reale quod sunt certis temporibus subitura.

Hoc doctrina a veteri omnibus Theologorum est acriter oppugnata, et reiecta, a discipulis aegre defensa, et a multis communiter perperam explicata, a quibusdam deserta, immo etiam abiecta. Et revera est creditu difficile, nisi benigne interpretemur, vnde licet esse praesentia non sint esse reale, sed sint esse obiectivum

3 — Cur no explicuit ne errandi occasio foret.

q. 14. a. 13. ad 2. ait. Sane propositionem, seu finitum hoc vel illud esse futurum contingens, esse absolute necessariam.

Est profecto difficile ad intelligentiam, nisi mitis interpretemur alioquin etiam erit absolute necessariam. Vnde voluit hoc vel illud esse futurum contingens.

4 — Cur no explicuit rem, cum multis inde colligi possent quae videntur inconuenientia.

q. 76. a. 4. docet idem corpus non esse mortuum, quod fuit vivum. Inde fit, ut corpus Christi quod iacuit in sepulchro non fuerit idem, quod exiit ex utero B. Virginis: nec corpus Christi quod ascendit in caelos, fuit idem quod iacuit in sepulchro.

Hoc sententia aegre defenditur a discipulis, contendunt enim idem corpus esse mortuum, quod vivum, ratione solum materiae: et corpus Christi mortuum fuisse idem quod vivum ratione materiae et ratione suppositi, non ratione formae. vnde, quod dicunt sed difficile creditur.

5 — explicare debuit.

q. 50. a. 4. ait. impossibile est, duos angelos esse unum praeci, sicut etiam impossibile est plures albatros separatos, aut plures humanitates separatas esse prae diversa.

Aristotelica et peripatetica doctrina est, non patrum, et nisi benigna interpretemur derogat omnipotentiae Dei.

6 — explicare oportuit.

q. 47. a. 4. ad 3. Non est possibile aliam terram esse quam istam, quia omni terra fertur naturaliter ad hoc medium, ubi corpus est.

Sententia est peripatetica, sed non Christiana, nisi mitis interpretemur de potentia naturali, non de omnipotentia Dei.

7. q. 52. q. 1. docet angelos esse in loco per operationem transeuntem
 Hanc doctrinam ut difficilem discipuli multis modis tueri conantur
 et aliqua docent absurda, videlicet Angelos qui sunt in mundo
 aliquando nusquam esse. et in solo Empyreo non esse vere et pro-
 prie, sed metaphysice. Certe nisi mitius interpretemur, dif-
 ficilis est sententia. Angeli sunt in loco, quia virtutem faci-
 di ita ad locum applicant, ut sine ulla mutatione loci, possint ibi
 operari, si voluerint.

Ex 1. 2.

8. q. 39. a. 6. dicit, esse procreatum, quo quilibet debet se ad bonum ratio-
 nis convertere, quum primum fit rationis compo-
 Hanc doctrinam est, et fuit semper difficilis ad credendum, difficilior
 ad docendum, et defendendum.

9. q. 74. q. 2. ad 3. affirmat, peccatum esse posse in sensibus internis,
 non externis.
 difficile est differentiam, et vim rationum discernere: unde
 quidam ut conitarentur et alij in falsa et absurda sententia
 inveniunt nam in q. ead. q. 1. docet S. Thomas in quolibet potentia
 cuius aliter potest esse voluntarius et inordinatus, potest esse peccati.
 ergo in sensibus externis potest esse peccatum consistere, quate-
 nus aliter sensus externi est voluntarius et rationi deservit.

10. q. 102. q. 4. ad 6. ait legislatorum fuisse tabulam lapideam
 et scripturam exo. 20. aperta dicit eam fuisse auream.

Ex 3. 8.

† conclusio est cer-
 ta, sed ratio in
 x. ind. dubia et
 incerta: utpote
 ut in qua

11. q. 41. q. 1. ad 3. docet, in Christo domino non potuisse tentationem esse
 a carne, sed ab hoste extrinseco, quia tentatio a carne non
 potest esse sine peccato. ubi significat S. Thomas omnes
 motus carnis esse peccatos: quos fuit sententia aliquorum, qui
 eo tenentur nitentur. † est sententia difficilis, quia sunt
 motus carnis nonnulli naturales, sunt motus primi primi
 in quibus peccatum non est. Hanc sententiam valde ad ha-
 sendam, quomodo Christus non potuit a carne tentari
 nam hoc ideo fuit, quia omnes motus in Christo erant plene
 quum deliberatione, et recte ratione et spontaneis, et proin-
 de peccata esse non poterant: item in nobis tentatio carnis
 quavis sine culpa esse potest, et tamen esse sine peccato
 originis affectus et pena: ac in Christo hoc esse non potuit.

12. q. 77. a. 5. ait in ipsa consecratione datur quantitati dimensio panis et
 vini quod sit primum subiectum subsequenter formatur, hoc dicitur et
 proprii materiae, et ideo consequenter datur quantitati praeditae
 dimensio omne illud quod ad materiam pertinet: et ideo quid quid po-
 terit generari ex materia panis et vini, si adest, totum generat
 vari ex praedita quantitate dimensio panis et vini non quidem
 nono miraculo, sed ex vi miraculi prius facti
 Difficilis profecto doctrina, ut quantitas panis vel vini eiusmodi ra-
 tionem, quam dicit S. Thomas, habeat miraculose: ex qua doctrina, quia
 non est benignum ab Aegidio Romano, Conitano et alij discipuli explen-
 ter in falsa et absurda sententia incidunt.

13. q. 78. a. 3. docet verba omnia, quae habentur in forma consecrationis cali-
 cis, pertinere ad substantiam formae.
 Quae doctrina nisi mitius intelligatur, approbata non potest, quia
 alioquin in liturgiis antiqui Graecorum, S. Iacobi Aegyptii, S. Basilij, S. Cy-
 rilli, et in Missa S. Ambrosij, S. Isidori, non esset vera consecra-
 tio calicis, quia non omnia ista verba, et tamen praefata Litur-
 giæ et Missæ reprobata ab Ecclesia non sunt.

14. q. 38. a. 5. ad 3. ait sic. ille qui per poenitentiam resurgit in minori Cha-
 ritate consequetur quidem praemium essentiale secundum quantitatem
 Charitatis in qua invenitur, habebit tamen gaudium maius de operibus
 in prima Charitate factis, quam de operibus quae in secunda fecit
 quod pertinet ad praemium accidentale.
 Doctrina est difficilis, et quae discipulorum ingenia nexavit et torpuit.
 quia significat. bona opera Charitatis, quae fuerunt per poenitentiam
 confecta, in eo qui per poenitentiam ad maiorem Charitatem redit
 non consequentura praemium essentiale, si quis in ea minori Charitate

ex sac vita decesserit. ac proinde non remittuntur merita anti-
 quora. Sicut patet S. Thomae sententiam benignam explicari
 in sed capitulo, habundant, Caietanum, et Bannem, et Solum
 et hanc partem in falsas, partem in absurda sen-
 tentiarum traxerunt.

15 — q. 76. a. 8. ait. Primo quidem, quia corpus Christi non potest in pro-
 pria specie videri nisi in uno loco, in quo definitum con-
 tinetur.
 Supponit S. Thomas idem corpus in duobus pluribus locis
 circumscriptione aut definitive esse non posse: ut alibi docuit
 et hoc summa, quam supponit, est contra communem alio-
 rum Theologorum opinionem. Et certe difficile defenditur
 et derogare videtur omnipotentiae Dei, quatenus negat
 posse Deum ponere in pluribus locis definitum aut circun-
 scriptione idem corpus, et ex discipulis pluribus summa
 gestum ac suam in hoc se agnoverunt.

16 — q. 84. a. 7. cum ex scripturis vellet ostendere ubi sacramentum
 penitentiae sit institutum, locos citavit eo omisso, qui ad rem
 faciebant, quo usum est Concilio Tridentino. Sess. 14. Cap. 1. ubi
 ait. Dominus autem sacramentum penitentiae tunc proprie
 instituit, cum a mortui excitatum insufflavit in discipulos
 suos dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis terrena.
 20. et reliqua. Sicut scriptura locum hunc aperit S. Tho-
 mas praetermissis.

EX 2.2.

17 — q. 32. a. 7. ad 2. docet quae acquiruntur per ludam iure civili
 prohibita, cuiusmodi est ludam area restitui debent, ubi
 in civile fuerit usu receptum.
 Hoc summa fuit esse S. Thomae a quibusdam approbata sed
 non opposita est recepta.

18 — q. 88. a. 11. ait. in voto solenni religionis luxam dispensare
 non posse.
 Hoc summa a multis discipulis est neglecta, et revera pug-
 nat cum usu et consuetudine ecclesiae: nam ab antiquo
 tempore plures quam quingenti aut sex pontifices dispensa-
 verunt, ut probant Annales et historiae verissimae.
 Et oppositam sumam sequuntur omnes fere Theologi
 et omnes in Concilio canonici interpretati.



19 — q. 84. a. 7. ad 3. ait. Clericum qui etiam sine peccato occidit alium
 legitime defendendo irregularem esse.
 fuit hoc summa aliquo modo, qui eo tempore vivens erat.
 Sed oppositum est definitum in Clem. si quis fuerit de somni-
 dio.

20 — q. 133. a. 7. definit. non esse perfectionem religionem, quae abdicat
 omnia dominium etiam temporarium tam in parva communium qua
 in particulari.
 At Nicolaus 4. in c. exigit. de verb. significat. in 6. videtur docere
 esse perfectionem, sanctitatem et magis meritariam. Sed for-
 tasse pontifex vult scire, esse perfectionem, ut tamen perfe-
 ctionem. hoc tamen secundum est quod S. Thomas docere voluit.

21 — q. 88. a. 11. videtur docere solennitatem voti solenni in religione
 iuris esse divinum.
 At Bonifacius 8. in c. de voto et voti redempt. definit esse
 institutum ecclesiastico statuto, non ergo divinum.

22 — q. 24. a. 6. ad 1. ait. quilibet ultra caritatis meretur caritatis
 augmentum, non tamen finem augetur, sed quando aliqui conatur
 ad cuiusmodi augmentum.
 Quid si nunquam in sacra vita conatur qui ad augmentum
 visit. respondit vel docuit S. Thomas. unde Bannem et alios
 fuisse decesserunt, scriptura illa canonem proprio essentiali, in
 glo. non.

Box 2 4302

Delgado
Opiniones particulares de
Sr. Thomas

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]